

Leucotheë fessum placida aspicit, hujus spe aequor  
 Vicit, et optatam corpore pressit humum.  
 Hinc tectum Alcinoi subit, a quo adjutus amice,  
 200 Vix tandem patrio redditur ille Lari,  
 Cum totos viginti egisset duriter annos,  
 Jactatus terris indomitoque mari.  
 Omina sint frustra; tu Paulum, Lar, ave fausta  
 Dimitte, et longa nolis abesse mora.

## ELEGIA II.

Argumentum. Flet mortem Joannis Tarnovii supremi exercituum ducis, mortui a. 1561. Threnodiam, vernacula lingua scriptam, edidit Cochanovius a. 1561, ex quo conjici potest, etiam hanc elegiam scriptam esse a. 1561. Ceterum de Tarnovio vide pag. 5 notam 1.

Non ego te lacrimis, Tarnovi, prosequar ullis,  
 Aut tua lugubri carmine fata gemam.

go spojrziała łaskawym okiem Leukotea; z jęj pomocą przeciężył bałwany i spoczął na upragnionym łądzie. Następnie w domu Alcynoosa znajduje przyjęcie; z jego tęż przychylną pomocą nakoniec przecięż do ojczystych Larów powraca, gdy cale dwadzieścia lat w ciężkięj spędził biędzie, miotany po łądach i po nieukróconym morzu. Lecz próżnymi niech będą te przepowiednie! wy, Lary, pod dobrą wróżbą puście od siebie Pawła i nie dajcie mu długo być nieobecnym.

## ELEGIJA II.

Nie będę ja, Tarnowski, lez nad tobą wyléwał, nie będę tęż twęj śmierci żalobnym wierszem opiewał. Ty bowiem, od wię-

Vivis enim vere, mortali carcere liber,  
 Sublimemque habitas aetheris arce domum;  
 5 Quae nulli est hiemi, nullisque obnoxia nimbis,  
 Sed lucem aeternam, nescia noctis habet.  
 Hic labor et curae insomnes, hic aegra senectus,  
 Hic morbique vigent sollicitusque timor.  
 Felix, qui scopulos evaseris aequoris hujus,  
 10 Incolumi portum contigerisque rate.  
 Nos pelago incerti ferimur, quocumque carinam  
 Impulit adversi saeva procella Noti.  
 Tu nunc heroas inter, quos prisca tulerunt  
 Secula coelesti vesceris ambrosia.  
 15 Sub pedibusque vides terras pontumque sonantem,  
 Aureaque aethereo sidera sparsa polo.  
 Gloria, quae virtute tibi est quaesita parennis,  
 Contempta volitat morte per ora virum.  
 Cum posses etenim factis te ornare parentum,  
 20 Duxisti satius laude vigere tua,  
 Non ignarus ei, qui nil per se ipse patrasset  
 Egregium, laudes opprobrio esse patrum.

zów śmiertelnych wolny, żyjesz prawdziwie i zamieszkujeś w nie-  
 bieskim grodzie wspaniały przybytek, co na zimy i deszcze nie  
 jest wystawiony, co i nocy nie zaznawszy wieczne światło posiada.  
 Tu zaś panują trud i troski bezsenne, skolatana starość, choroby  
 i strach kłopotliwy. Szczęśliwy, żeś już tego morza skały ominął  
 i przybił do przystani z nieuszkodzoną łodzią! My jeszcze plyn-  
 niemy po oceanie niepewni, dokąd nawę groźna burza przeci-  
 wnego Notu poniesie: ty już wśród bohaterów, jakich wydał świat  
 stary, boską spożywasz ambrozyją, a pod swymi stopami widzisz  
 ziemię i morze szumiące i gwiazdy złociste na niebieskich szlakach  
 rozsiane. Twa niepożyta sława, cnotą nabyta, wbrew śmierci  
 w ustach mężów słynie: gdy bowiem czynami przodków mogłeś się  
 ozdobić, własną chwałą wolałeś zastąpić, wiedząc o tym, że temu,  
 kto sam niczego znakomitego nie zrobił, sława przodków staje się  
 przyganą. Ciebie zaś sławią, żeś jidąc za przykładem niezwycię-

Te memorant invicti Alcidae exempla secutum,  
 Terrae atque infesti plurimum obisse maris.  
 25 Totque adiisse pericla, tot exantlasse labores,  
 Ausum per mediam vadere barbariem.  
 Nec vero Eurystheus quisquam, aut gravis ira novercae,  
 Sed solus laudis te stimulavit amor.  
 Artibus instructus pacis bellique fuisti,  
 30 Aequae armis promptus consilioque valens.  
 Nec fuit usus, ut alterutrum, quo clarior esses,  
 Vel pacem optares, vel tibi bella dari;  
 Sed veluti miles, longa assuetudine doctus  
 Dextra aequae ac leva fulminea arma rotat:  
 35 Sic tu, cognita habens, quae tempus utrumque decerent,  
 Hoc aequae atque illo tempore clarus eras.  
 Tu fidus legum interpretis atque arbiter aequus,  
 Tu circumventis ancora sacra reis.  
 De summis regni rebus consultus, ubi ora  
 40 Solvisses, et vox auribus hausta tua est;  
 Incertum, prudentior, an facundior esses  
 Linquebas; surgit par tibi utrimque decus.

żonego Alcydesa kawał ziemi objechał i kawał burzliwego morza  
 przepłynął, żeś na tyle naraził się niebezpieczeństw i tyle poniósł  
 trudów, żeś nawet barbarzyńskie kraje zwiedzić się odważył. Do  
 tego zaś ni Eurysteusz cię nie pobudził, ni ciężki gniew macochy,  
 lecz sama tylko chęć sławy. Byłeś wyuczony w sztukach pokoju  
 i wojny, byłeś zarówno dzielny orężem jak silny radą; nie było  
 ci téż potrzeba dla wslawienia się jednego z dwojga, to jest po-  
 koju albo wojny wybiierać, lecz jako żołnierz długim nawyknie-  
 niem zaprawiony zarówno prawicą jak i lewicą orężem strasznym  
 jak piorun wywija, tak, ty wiedząc dobrze, co której potrzebie  
 przystało, w każdym czasie zarówno byłeś znakomitym. Tyś był  
 wiernym praw tłumaczem i sędzią sprawiedliwym, ty dla pokrzy-  
 wdzonych przez zabiegi pieniactwa byłeś kotwicą zbawienia; gdy  
 zaś w najwyższych sprawach państwa twój rady zasięgano, jak tylko  
 mówić począłeś, wszystkich uszy słowa twe pochłaniały, tak iż

Idem tu ille toga praestans, cum bella vocarent,  
 Milesque intrepidus duxque peritus eras.  
 45 Non incerta cano; Libyae mihi litora testes,  
 Maurorumque potens te duce fusa manus.<sup>1</sup>  
 Testes Riphaeis dejectae collibus arces,<sup>2</sup>  
 Qua tot Moschorum milia caesa jacent  
 Nam quis Obertini manantes sanguine campos,  
 50 Praecipitem Daci<sup>3</sup> praetereatque fugam?  
 Ille dies docuit numerum non vincere bello,  
 Sed vim pugnantum consiliumque ducis:  
 Milia bis duodena ferox armaverat hostis,  
 Cujus pars numeri vix tibi sexta fuit:  
 55 Ergo intra vallum tacitis aciem instruis armis,  
 Spemque bonam dubiis insinuas animis.  
 Tormentis instare, pilisque ardentibus hostis,  
 Quale Jovis magna fulmen ab arce venit.

1. Tarnovium Emmanueli Lusitaniae regi contra Mauros in Africa auxilium tulisse, ibique consecutum esse laudem fortis militis et periti dulis, narrat Jovius libro VII Elogiorum

p. 587 ed. Basileensis a. 1571. — 2 de his arcibus vide p. 5 notam 2.— 3 de clade Dacis a Tarnovio illata vide p. 5 notam 3, et pag. 17 notam 1.

niepewnym było, czyś bardziej celował rozumem czy wymową, gdyż pod obydwoma względami równy zaszczyt rósł dla ciebie. Tak będąc w pokoju znakomitym, gdy znów wojny wzywały, byleś rycerzem nieustraszonym i wodzem doświadczonym. To, co śpiewam, powszechnie jest znane: świadczą o tym libijskie wybrzeża i Maurów potężne zastępy pod twoją wodzą rozgromione; świadczą z gór Ryfejskich grody zburzone, gdzie tyle tysięcy Moskwy leży poległych. A któż pominie Obertyńskie pola krwią przesiąknięte i straszny popłoch Daków? Ten dzień, zaprawdę, dowiódł, że na wojnie nie liczba zwycięża, lecz dzielność walczących i rostopność wodza. Wróg dziki wystawił dwadzieścia cztery tysiące żołnierza, ty zaś miałeś zaledwie szóstą część tego: za szaniami przeto cicho szyki sprawujesz i w trwożliwe umysły wlewasz otuchę. Nieprzyjaciół naciera działami i ognistymi pociskami, jakby

Tu pugnandi avidum belli certamine torques  
 60 Dilato, et longas injicis usque moras.  
 Impatiens ille, et numeroso milite fretus,  
 Intercludendi spem tua castra capit,  
 Diducitque alas; at tu, dextro obice rupto,  
 Ordine ab extremo signa repente jubēs  
 65 Inferri sparsis; ruit improvisa juvenus,  
 Martiaque horribiles aera dedere sonos.  
 Dacus ubi erupisse inopinum comperit hostem,  
 Impiger huc vires cogit et ipse suas.  
 Concurrunt alacres, funestaque proelia miscent,  
 70 Hinc animosa cohors, hinc numerosa manus.  
 Dum revocat sparsos hostis densatque maniplos,  
 In faciem pugnam dum redigitque novam,  
 Parte alia vallum tu disjicis; evolat agmen,  
 Distentunque hostem fortiter aggreditur.  
 75 Nec mora, rupta adversa acies virtute tuorum est,  
 Fit fuga, fit caedes; tu ampla trophaea refers.

piorunami z wysokiej warowni Jowisza miotanymi; ty zaś odkładając bitwę drażnisz wroga chciwego walki i wciąż mu zwłoki nowę przysparzasz. Nieprzyjaciel zniecierpliwiony i w licznego żołnierza zaufany powziął zamiar obóz twój obsaczyć; wyprowadza tedy swe hufce, lecz ty przelamujesz prawe skrzydło i rozkazujesz ostatnim szeregom uderzyć na rozproszonych: porywa się nagle nasza młodź i Marsowy oręż straszny szcęk wydaje. Wołosza widząc, jak niespodzianie wypadł nieprzyjaciel, sama też szybko tutaj wszystkie swe siły gromadzi: wszczyna się walka żwawa, sroży się bój zajadły, tu hufiec dzielny, tam liczna gromada. Gdy jeszcze nieprzyjaciel zwołuje rozproszonych, gdy skupia swe zastępy i do nowę bitwy się szykuje, ty z drugiej strony rozkazujesz szaniec rozrzucić: wypada tedy hufiec i na rozdwojonego nieprzyjaciela dzielnie uderza. Niebawem męstwem naszych rycerzy złamane szyki wrogów: następuje popłoch i rzeź, a ty znakomite łupy zdobywasz. Słowem, dopóki ty żyłeś, żadnego wroga, żadnej

Denique nullum hostem, nullas te sospite vires  
 Parrhasio timuit subdita terra polo.  
 Atque ut durus Atlas stellatum sustinet axem,  
 80 Res humeris ita erat nixa Polona tuis.  
 Nec vero superos lingua, sed mente colebas,  
 Perstans in prisca religione patrum.  
 Per te cana fides, coeloque Astraea relicto,  
 Coeperat invisam visere rursus humum.  
 85 Rebus in adversis idem laetisque fuisti,  
 Pectoris unus erat sorte in utraque tenor.  
 Divitias metiri auro falsum esse putasti,  
 Sed tibi opes magnae fidus emicus erat.  
 Consilio opressos juvisti sedulus ac re,  
 90 Verus magnarum qui fuit usus opum.  
 Tu scelerum fraudisque osor, tu portus et aura  
 Clemens virtuti perfugiumque bonis.  
 Haec te immortalem, Tarnovi maxime reddunt,  
 Haec te astris miscent, concilioque deum.  
 95 Ultra num tu aliquid curas? haecve agmina spectas?  
 Quae celebrant funus pulverulenta tuum.

przemocy nie obawiała się ziemia pod północnym biegunem leżąca; lecz jako krzepki Atlas gwiazdźiste podtrzymuje sklepienie, tak sprawy polskie na twych spoczywały barkach. Bogów zaś czciłeś nie mową, lecz sercem trwając w dawniej wierze przodków; tobie gwoli stara uczciwość i Astrea opuściwszy niebo znów znie-nawidzoną poczęła nawiedzać ziemię. W nieszczęściu zarówno jak w szczęściu pozostałeś tym samym, w każdym położeniu jeden był tylko nastrój duszy twojej; za błąd poczytywałeś bogactwo mierzyć złotem, lecz wierny druh był ci wielkim skarbem. Radą i czynem gorliwie wspierałeś uciśnionych, co było godnym uży-ciem wielkich dostatków; tyś nienawidził zbrodnie i zdrady, ty by-łeś przystanią i wiatrem pomyślnym dla cnoty, tyś był ucieczką dla dobrych. To przede wszystkim czyni cię, Tarnowski, nieśmier-telnym, to do gwiazd cię podnosi i do grona bogów zalicza. Czy też stamtąd jeszcze trwożysz się o co? patrzysz na ten orszak, co

Sarmatia omnis adest, atque una Teuthona pubes,  
 Quique bibunt alti flumina Danubii;  
 Omnes unus habet squalor, ferit aethera planctus,  
 100 Te deflent juvenes, te pueri atque senes,  
 Filius ante omnes, qui non solum ore parentem,  
 Sed vita morumque integritate refert.<sup>4</sup>  
 Pone modum lacrimis, fas non est flere beatos,  
 O juvenis, magnae spes columenque domus.  
 105 Illos flere decet, qui exacto turpiter aevo  
 Spem nullam vitae prosperioris habent,  
 Sed periire velut ratione carentia bruta,  
 Demersi tenebris nocteque perpetua.  
 At qui ita vixerunt, ut nil virtute putarent,  
 110 A superis homini pulchrius esse datum,  
 Nec sunt desidiam turpem luxumque secuti,  
 Sed studiis animum percoluere bonis,  
 Illis porta patet coeli sedesque beatae,  
 Cum terrena animus mole solutus abit.

4. Filius Joannis Tarnovii fuit Christophorus castellanus Wojniciensis, ad quem scripta est Libri I Elegia 1, quam vide pag. 3.

twemu pogrzebowi w tumanach kurzu towarzyszy. Na nim cała Sarmacja obecna, a z nią i teutońska młodzież i ci co piją wody głębokiego Dunaju: wszystkich jedna łączy żaloba, jęk nieba sięga, ciebie oplakuje młodzież, dzieci i starcy, przede wszystkim zaś twój syn, co nie tylko obliczem, lecz i życiem i nieskazitelnością obyczajów rodzica przypomina. Połóż kres łzom, młodzieńcze, nadziejo i podporo wielkiego domu! szczęsnych nie godzi się oplakiwać, lecz raczej tych, co sromotnie życie spędziwszy, żadnej nadzieji żywota pomysłniejszego nie mają, i zginęli jako bezrozumne zwierzęta, pogrążeni w ciemnościach i wiecznej nocy. Lecz dla tych, którzy tak żyli, że cnotę uważali za najpiękniejszy dar przez bogów udzielony człowiekowi, którzy sromotnej gnuśności i zbytkom się nie oddawali, lecz szlachetną nauką umysł swój zdobili, dla

- 115 Quod si quis merito magni tenet atria coeli,  
 Nemo parente tuo justius illa tenet.  
 Quae virtus etenim est, quam non exercuit ille?  
 Quis fuit aut armis, aut pietate prior?  
 Non ille antiquas laudes jactavit avorum,  
 120 Laus propria haec demum est, quam sibi quisque parit.  
 Pro patria innumeris objecit se hostibus ultro  
 Vulneraque excepit, non timuitque mori.  
 Fortunae levia et subitis obnoxia damnis,  
 Sola animi duxit perpetua esse bona  
 125 Hac Pollux, et quem dives colit India, Liber,  
 Hac vagus Alcides venit in astra via.  
 Quos inter novus ille deum conviva recumbens  
 Tarnovius tota gaudia mente capit,  
 Curarum oblitus, ceu cum maria omnia circum  
 130 Emensus portum denique nauta tenet.  
 Hunc tu flere cave atque animo omnem absterge dolorem,  
 Hoc tibi, si fas sit, dicat et ipse pater.

tych podwoje nieba i błogosławione kraje stoją otworem, wówczas, gdy dusza ziemskiego ciężaru się pozbędzie. Jeśli zaś kto za swoje zasługi zamieszkuje przybytki wysokiego nieba, to nikt słuszniej od twego rodzica w nich nie przebywa. Czyż bowiem jest cnota, którejby on nie pełnił? któż nad niego był przedniejszym czy to w męstwie, czy też w bogobojności? On nie chlubił się dawną przodków chwałą, gdyż ta tylko prawdziwa sława, którą każdy sam sobie zdobywa: on zaś za ojczyznę z własnego popędu rzucił się na niezliczonych nieprzyjaciół i rany ponosił i śmierci się nie lękał; dary fortuny były dla niego małej wagi i nagłym odmiannom podległe, natomiast jedynie trwałe były dla niego przymioty ducha. Tą drogą Polluks, tą drogą Bachus, którego bogate czczą Indyje, tą drogą tułający się Alcyd niebo pozyskał: pomiędzy nimi spoczywa teraz Tarnowski jako nowy godownik bogów i wszelkich roskoszy duchowych zażywa, zapomniawszy o troskach, jak żeglarz, co wszystkie morza opłynawszy, nakoniec do portu zawinął. Nie oplakuj go tedy i z serca oddal wszelką boleść, tak radziłby



Quin tu illi Pario de marmore Mausoleum,  
 Vistuleas ponis nobile propter aquas,  
 135 Quo pia posteritas aevo labente quotannis  
 Confluat, et cineri debita dona ferat.  
 Proelia, quosque olim devicit strenuus hostes,  
 Fac spiret paries Phidiaca arte nitens.  
 Carmen ego adjiciam: „lapis hic premit invidus ossa  
 140 Tarnovii, ipse mori nescius astra colit.“  
 Hoc satis est tumulo; nam cetera fama superstes  
 Narrabit seclis innumerabilibus.  
 Aeternum, o venerande cinis, salveque valeque,  
 Et nullo incumbat pondere terra tibi.

## E L E G I A III.

Argumentum. Quod sibi III Eleg. 13 v. 34 seq. proposuerat, perquirat mirabilem rationem mundi et hominis naturam, indagat discrimen, quod intercedat inter bruta et hominem, docet mundum nequaquam hominis causa esse creatum, sed terram solum ei, dum vivat, esse attributam; attamen cum anima ejus immortalis, Deus autem sit justus, conjicit ex hoc, praemia virtutis hujus vitae hominem esse consecuturum in venturo aevo. Prima parte elegiae

ci i sam rodzic, gdyby to było możliwe; natomiast postaw mu pomnik wspaniały z paryjskiego marmuru nad brzegami Wisły, dokądby z biegiem wieków wdzięczna potomność corocznie zbierać się i popiołom jego należny hold składać mogła. Boje też jego i wrogi niegdyś dzielnie zgromione niechaj odtworzy polyskujący marmur sztuką fidyjaszową. Ja zaś dodam ten napis: „ten kamień zawistny pokrywa kości Tarnowskiego; on sam nie zaznawszy śmierci niebo zamieszkuje.” To dosyć dla mogiły, resztę bowiem sława, która go przeżyje, niezliczonym wiekom wiecznie opowiadać będzie. O czcigodny cieniu, witam cię i żegnam na wieki! oby ci ziemia lekką była!

sequitur aliquatenus Lucretium, quem sibi ita appropriavit, ut nonnunquam etiam formam ejus verborum imitaretur e. g. insolens *coelituum* I Eleg. 2, 20; 12, 39; ad instar Lucretiani *alituum* (V, 1038, 1077; VII 1214). Firlejus, quem in hac elegia alloquitur, videtur esse Nicolaus, qui vivente poeta erat castellanus Bieensis (1577—1588), eo enim familiarissime utebatur, ut ex pluribus locis operum patet. Scripta haud dubie post a. 1570.

Quae vaga curricula, o Firleu, quaeve ampla theatra  
 Oblectare aequae lumina nostra valent,  
 Atque haec naturae artificis spectacula dia,  
 Convexique orbis non imitabile opus?  
 5 Quae potuit florum pictura aequare colores,  
 Quales vere novo daedala gignit humus?<sup>1</sup>  
 Aut quis beryllus tam gratum splendet, ut herbas  
 Amplexus summas ros oriente die?  
 Nam nemora et colles silvis frondentibus aucti,  
 10 Fluminaque ingenuas suppeditantia aquas,<sup>2</sup>  
 Non specie tantum, commendanturve lepore,  
 Sed fruge atque usu sunt quoque blanda suo.

1. tibi suaves daedala tellus sum- re ingenui fontes externaque longe  
 mittit flores. Lucr. I, 7.—2. inde ma- flumina suppeditant. Lucr. I, 231.

### ELEGIIA III.

Jakież to szparkie wyścigi, jakież teatry wspaniałe są w stanie, Firleju, nasze oczy tak zachwycić, jak te boskie widowiska mistrzyni przyrody i to dzieło nie do naśladowania nieba wypukłego! jakież malowidło może się równać barwom kwiatów, które z nastaniem wiosny twórcza ziemia wydaje? jakież kryształ błyszczący tak mile, jak rosa, co porankiem na główkach roślin osiada? Gaje bowiem i wzgórza zielonymi pokryte lasami i rzeki dostarczające wód żywych, nie tylko zachwycają nas swym miłym widokiem, lecz